Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Nam ipsum sermonem dicit tamen quia non est contra
naturem uel contra morem hominum ut si potest unus
homo habere nomina duo. Multo magis possint et unu
nomen habere hominis duo, Potius credibile est. Alium
fuisse illum sermonem non ipsum in cuius domo hoc in betha
nia gerebatur, Nam nec lucas in betha nia rem gesta
dicit quam nauit. et quam uis non commemorat ciu
tatem aut castellum ubi factum sit. Tamen non uidetur
in eodem loco uersari eius narratio. Nihil tamen aliud intel
legendum arbitror nisi quidem aliam fuisse mulierem
quae peccatrix, Tunc accessit ad pedes ibu. et osculata est
et laut lacrimis et tersit capillis et unxit unguento, Cuidam
adhibita similitudini de duobus debitoribus, Ait dimissa ei
peccata multa. Quoniam dilexit multum, sed eandem mariam
bis hoc fuisse semel scilicet quod lucas narrauit quoniam pri
mo accedens cum illa humilitate et lacrimis meruit pec
catorum remissionem. Nam hoc et iohannes quam uis
non sicut lucas quemadmodo factum sit narrauerit
tamen ipsam mariam commendans commemorauit. Quoni
am de lazaro resuscitando coepisset loquante quam uenisset
in betha niam quod ita ibi narrat, Erat autem quidam inqui
languens lazarus ab betha nia de castello mariae et marthae
sororis eius, Maria autem erat quae unxit dominum unguen
to et extersit pedes eius capillis suis. Cuius frater laza
rus infirmabatur hoc dicens iohannes adtestatur lucae
qui hoc in domo pharisaei cuiusdam sermonis factum esse narrauit
Iam tamen hoc maria fecerat, Quod autem in betha nia
rursus fecit. Aliud est quod ad lucae narrationem non pertinet
sed pariter narratur a tribus. iohannes scilicet matthaeo
et marco, Inter istos igitur tres matthaeum marcum et iohan
nem. Quemadmodum hoc conueniat adtendamus,
Quibus non est dubium quod eandem rem narrent gestam